



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 56. Ejusdem summi Pontificis scripta typis edita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII, & Pontificatus quinto, Mensibus octo  
A.C. 1730. & diebus viginti tribus. Corpus ejus  
 postridie ad Sacellum Sixtinum trans-  
 ferebatur, ubi triduo de more expo-  
 tum erat, tanta populi, qui sanctum  
 Pontificem venerabatur, confluente  
 frequentia, ut appositæ excubiae vi-  
 prohibere possent, ne indiscreta devo-  
 tione Cadaver aut in frusta scindere-  
 tur, aut decerptis vestibus ad nuditu-  
 tem reduceretur, postea tribus inclo-  
 sum capillis e conspectu tumuli Inno-  
 centii VIII. prope portam Odei Can-  
 rum collocatum est, tertio post anno  
 ut Pontifex vivens exoptaverat, al-  
 Ecclesiam S. Mariæ supra Minervam  
 transportatum.

## §. LVI.

*Eiusdem summi Pontificis scripta  
 typis edita.*

Cum hic idem longe dignissimus Pon-  
 tifex pietatem cum scientia felici-  
 simo nexu conjunctam haberet, non  
 paucas lucubrationes Ecclesiæ ac Re-  
 publicæ literariæ perutiles posteritatem  
 reliquit, & quidem I. orationem in  
 funere Antonii Cardinalis Barberini  
 II. libellum sacrorum epigrammatum  
 III. Epistolam Apologeticam pro Re-  
 gulari habitu ab Episcopis Regularibus  
 defensam.

deserendo contra Josephum Ciantem Sæc. XVIII.  
Marsorum Episcopum IV. Synodum A.C. 730.  
Diæcesanam Syponentinam. Tomis II.  
V. Synodum Provinciale Syponentinam  
Anni 1567. a Card. Gallio habitam  
VI. Epistolam pacificam ad populum  
& Clerum Beneventanum VII. Sermones  
Marianos VIII. Synodicon Diæcesanum  
Beneventanæ Ecclesiæ continens 33. Synodos ante Pontificatum  
Romanum celebratas. IX. Lettiones  
in Exodum Vol. II. X. Conciones Qua-  
dragesimales. XI. Synodicon Provin-  
ciale Beneventanum notis illustratum.  
XII. Synodum Provinciale Beneven-  
tanam XIII. sexaginta sermones de  
purgatione animarum corpore soluta-  
rum XIV. Concilium Provinciale Ro-  
manum.

## §. LVII.

*Benedicti XIII. P. gesta in Pon-  
tificatu.*

Benedictus erat Pontifex, in cuius  
laudibus adornandis Scriptores con-  
sentient omnes, & nullus, ne ipsa qui-  
dem invidia, quid in eo carperet, huc-  
usque invenit. Pontificatum iniit,  
gessit atque absolvit, laude tam incor-  
rupta, ut cum sanctissimis, ac celeber-  
rimis quibusque Prædecessorum in com-  
para-